BIBLIA SACRA.

Quid in hac editione à Theologis Louanienſibus præſtitum ſit, paulo poſt indicatur.

CONSTANTIA ET LABORE.

ANTVERPIÆ,
Ex officina Chriſtophori Plantini,
Architypographi Regij.
M. D. LXXXII

SALAMANCA

61452 7017

SVMMA PRIVILEGIORVM.

REGIS priuilegiis cautum eſt, ne quis *Biblia Sacra*, à Doctoribus Theologis Louanienſibus, ad vetuſtiſsima exemplaria iam poſtremò caſtigata, citra Chriſtophori Plantini Architypographi regij voluntatem, intra octo annos vllo modo nec integra, nec aliquam eorum partem imprimat, aut alibi impreſſa in ſuas ditiones importet, venaliáve habeat. Qui ſecus faxit, confiſcationis librorum, & quinquaginta florenorum pœna, fiſco Regio exſoluenda, multabitur: vt latiùs in Regio diplomate expreſſum eſt, Bruxellis, in Conſilio priuato pęnultima Maij, Anno Domini M. D. LXXIII.

Subſignat.

I. de la Torre.

In Conſilio verò Brabantiæ ad totidem annos, VI. Iulij. M. D. LXXIII.

Subſignat.

I. de VVitte.

FACVLTATIS THEOLOGICÆ IN VNIVERSITATE LOVANIENSI DECANVS, LECTORI S.

CVM ſacra Scriptura Dei opt. max. benigni-
tate fidelibus data ſit, tanquã certiſsimum
Catholicæ fidei & religionis fundamẽtum;
ideoque indignum ſit & eius maieſtate &
Chriſtianorũ pietate, eſſe eã vllis aut vitiis
aut mendis contaminatam: viſum fuit Fa-
cultati noſtræ Theologicæ, omni conatu &
ſtudio in hoc incumbendum, vt vetus & vulgata Bibliorũ La-
tina editio (quam SS. Synodus Tridentina, in publicis lectio-
nibus, diſputationibus, prædicationibus, & expoſitionibus, au-
thenticã habendã declarauit) accuratiſſimè caſtigaretur: idq́;
hac via & ratione, vt ad diuerſa exẽplaria manuſcripta quàm
diligentiſsimè conferretur, & quæ in illis diuerſimodè legi de-
prehenderentur, ad diuinarum literarum fontes, veterumq́ue
Patrum cõmentarios examinarẽtur, & examinata commodis
ſignis margini adiicerentur: Iſtis vt adiutus præſidiis, quæ le-
ctio germana, quę adulterina ſit, prudens Lector facili negotio
diiudicare poſſit. Nauauit quidem, ante annos aliquot, in con-
ferendis ad manuſcripta & caſtigãdis Bibliis, ſanè laudandam
operam, noſtræ Facultatis Doctor Iohãnes Hentenius: verùm
is, cùm multas & non contemnendas vulgatæ editionis lectio-
nes nõ reperit, tum eas quas reperit, ad ſacræ Scripturæ fontes
minimè reuocauit. ita factum eſt, vt loca plurima meritò cor-
rigenda eius diligentiam fugerint. Quamobrem elegit Facul-
tas noſtra Profeſſores quoſdã ſuos, & eruditione & ſedulitate
præſtantes, qui, quę à ſacrarum literarum ſtudioſis in ſuperio-
ribus editionibus deſiderari poſſent, fideli diligentia perfici
curarent: perfectaque Regio Architypographo Chriſtophoro
Plantino excudenda committerent. Quæ autem præſtita ſint,
illis, quæ ſubſequuntur, prolegomenis, indicatur. Louanij ſe-
ptimo Idus Maij anni M. D. LXXIII.

HIERONYMI PROLOGVS GALEATVS.

VIginti & duas literas eſſe apud Hebræos, Syrorum quoque lingua & Chaldæorum teſtatur, quæ Hebrææ magna ex parte confinis eſt. nã & ipſi viginti duo elementa habẽt eodem ſono, ſed diuerſis characteribus. Samaritani etiam Pentateuchũ Moyſi totidẽ literis ſcriptitant, figuris tantùm & apicibus diſcrepantes. Certũq. eſt Eſdram ſcribam, legiſque doctorẽ, poſt captam Ieroſolymam & inſtaurationem templi ſub Zorobabel, alias literas reperiſſe, quibus nunc vtimur: cùm ad illud vſque tempus iidem Samaritanorum & Hebræorũ characteres fuerint. In libro quoque Numerorum hæc eadem ſupputatio, ſub Leuitarum ac ſacerdotum cẽſu, myſticè oſtenditur. Et nomẽ Domini tetragrãmaton in quibuſdam Græcis voluminibus, vſque hodie antiquis expreſſum literis inuenimus. Sed & Pſalmi triceſimus ſextus, & cẽteſimus decimus, & centeſimus vndecimus, & centeſimus decimus octauus, & centeſimus quadrageſimus quartus, quãquam diuerſo ſcribantur metro, tamen eiuſdem numeri texuntur alphabeto. Et Ieremiæ Lamẽtationes, & oratio eius, Salomonis quoque in fine prouerbia, ab eo loco in quo ait, Mulierem fortẽ quis inueniet? iiſdem alphabetis vel inciſionibus ſupputantur. Porrò quinq. literæ duplices apud Hebræos ſunt: Caph, Mem, Nun, Pe, Sade. aliter enim ſcribuntur per has principia, medietateſq. verborum, aliter fines. Vnde & quinq. à pleriſque libri, duplices exiſtimãtur, Samuel, Melachim, Dibrehaiamim, Eſdras, Ieremias, cum Cinoth, id eſt, lamẽtationibus ſuis. Quomodo igitur viginti duo elemẽta ſunt, per quæ ſcribim⁹ Hebraicè omne quod loquimur, & eorum initiis vox humana cõprehenditur: ita viginti duo volumina ſupputãtur, quibus quaſi literis & exordiis in Dei doctrina, tenera adhuc & lactens viri iuſti eruditur infantia.

Prim⁹ apud eos Liber, vocatur בראשית Bereſith: quẽ nos Geneſin dicimus.

Secundus, ואלה שמות Veelleſemoth qui Exodos appellatur.

Tertius, ויקרא Vaiicra, id eſt Leuiticus.

Quartus, וידבר Vaiedabber, quem Numeros vocamus.

Quintus, אלה הדברים Elle haddebarim, qui Deuteronomiũ prænotatur. Hi ſunt quinq. Libri Moyſi, quos propriè תורה Thora, id eſt Legem appellant.

Secundum Prophetarum ordinem faciunt: & incipiunt ab Ieſu filio Naue: qui apud eos יהושע בן נון Iehoſua bin Nun dicitur.

Deinde ſubtexunt שפטים Sophetim, id eſt, Iudicũ librum. Et in eundem compingunt Ruth: quia in diebus Iudicum facta eius narratur hiſtoria.

Tertius ſequitur שמואל Samuel, quem nos Regum primum & ſecundum dicimus.

Quartus מלכים Melachim, id eſt, Regum, qui tertio & quarto Regũ volumine continetur.

Meliuſque multo eſt מלכים Melachim, id eſt Regum, quàm ממלכות, id eſt, regnorum dicere. Non enim multarum gentium deſcribit regna, ſed vnius Iſraëlitici populi, qui tribubus duodecim continetur.

Quintus, eſt ישעיה Iſaias.

Sextus, ירמיה Ieremias.

Septimus, יחזקאל Ezechiel.

Octauus, Liber duodecim prophetarum, qui apud illos vocatur תרי עשר Thereaſar.

Tertius ordo, Hagiographa poſſidet.

Et primus Liber incipit à איוב Iob.

Secundus à דוד Dauid, quem quinque inciſionibus & vno Pſalmorum volumine comprehendunt.

Tertius eſt שלמה Salomon, tres Libros habẽs: Prouerbia, quæ illi משלי Miſle, id eſt, Parabolas appellant.

Quartus, Eccleſiaſten, id eſt, קוהלת Coheleth.

Quintus, Canticum Canticorum, quẽ titulo שיר השירים Sir haſſirim prænotant.

Sextus, eſt דניאל Daniel.

Septimus, דברי הימים Dibrehaiamim, id eſt, verba dierũ: quod ſignificantiùs, Chronicon totius diuinæ hiſtoriæ poſſumus appellare. qui Liber apud nos Paralipomẽnon primus & ſecundus inſcribitur.

Octauus, עזרא Eſdras: qui & ipſe similiter apud Græcos & Latinos, in duos Libros diuiſus eſt.

Nonus, אסתר Eſther.

LIBER GENESIS,

HEBRAICE BERESITH.

CAPVT I.

Act.14.15 17,24. Pſ.32,6. 135.5. Ecc.18,1.

IN principio creauit 1
Deus cælum & ter-
ram. Terra autem 2
erat inanis & vacua,
& tenebræ erant ſu-
per faciem abyſſi: &

[a]Dei 10 MS.R. Rab.H.C. G.

ſpiritus [a]Domini' fe-
rebatur ſuper aquas.
Dixitque Deus, ‖ Fiat lux. Et facta 3
eſt lux. Et vidit Deus lucem quòd eſ- 4

Heb.11,3 *Deus 1 MS.H.C. G. [b]ac tenebras MS. Rab.

ſet bona: & diuiſit *lucem [b]à tenebris'.
Appellauitque lucem diem, & tene- 5
bras noctem: factúmque eſt veſpere &
mane dies vnus. Dixit quoque Deus: 6
Fiat firmamentum in medio aquarum:
& diuidat aquas ab aquis. Et fecit 7

Pſal.32,6. 135.5. Ier.10,12 51.15. Pſal.32,7. 88,12. 135.6. 147.4. Iob 38,4.

Deus firmamentum, diuiſitque aquas
quæ erant ſub firmamento, ab his ‖ quæ
erant ſuper firmamentum. Et factũ eſt
ita. Vocauitque Deus firmamentum, 8
cælum: & factum eſt veſpere & manè
dies ſecundus. Dixit verò Deus, Con- 9
gregentur aquæ quę ſub cęlo ſunt, in lo-
cum vnum: & appareat arida. Et factũ
eſt ita. Et vocauit Deus aridam, ter- 10
ram: congregationeſque aquarum ap-
pellauit maria. Et vidit Deus quòd eſ-
ſet bonum. Et ait, Germinet terra her- 11

[a]afferentem 11 MS.

bam virentem, & [a]facientem' ſemen, &
lignum pomiferum faciens fructum iu-
xta genus ſuum, cuius ſemen in ſemet-
ipſo ſit ſuper terram. Et factum eſt ita.
Et protulit terra herbam virentem, & 12
facientem ſemen iuxta genus ſuum, li-
gnúmque faciens fructum, & habens
vnumquodque ſementem ſecundùm ſpe-
ciẽ ſuam. Et vidit Deus quòd eſſet bo-
num. Et factum eſt veſpere & mane 13
dies tertius. Dixit autem Deus, Fiant 14
luminaria in firmamento cæli, & diuidãt

Pſ.135.7. [a]& 2 MS. H.C.G.

diem ac noctem: & ſint ‖ in ſigna & tem-
pora, & dies & annos: [a]Vt' luceant in 15
firmamento cæli, & illuminent terram.
Et factum eſt ita. Fecitque Deus duo 16
luminaria magna: luminare maius, vt
præeſſet diei: & luminare minus, vt pre-

*Deus 7 MS.R.H. C.G.

eſſet nocti: & ſtellas. Et poſuit eas * 17
in firmamento cæli, vt lucerent ſuper ter-
ram: Et præeſſent diei ac nocti, & di- 18
uiderẽt lucem ac tenebras. Et vidit Deus
quòd eſſet bonum. Et factum eſt ve- 19
ſpere & mane dies quartus. Dixit etiã 20
Deus, Producant aquę reptile animę vi-
uentis, & volatile ſuper terram ſub fir-
mamento cæli. Creauitque Deus cete 21
grandia, & omnem animam viuentem
atque motabilem, quam [a]produxerant'

[a]produxerunt 1 MS. H.G.

aquæ in ſpecies ſuas, & omne volatile
ſecundùm genus ſuum. Et vidit Deus
quòd eſſet bonum. Benedixitque eis, 22
dicens: Creſcite, & multiplicamini, &
replete aquas maris: auéſque multipli-
23 centur ſuper terram. Et factum eſt
24 veſpere & mane dies quintus. Dixit
quoque Deus, Producat terra animam
viuentem in genere ſuo, iumenta, & re-
ptilia, & beſtias terræ ſecundùm ſpecies
25 ſuas. Factúmque eſt ita. Et fecit Deus
beſtias terræ iuxta ſpecies ſuas, & iu-
menta & omne reptile terræ in genere
ſuo. Et vidit Deus quòd eſſet bonum.

Col.3,10. Infr.5.1. 9,6. 1.Cor.11,7. [a]terræ MS q. [a]creaturæ MS q. Sap.2,23. — 21 MS. R.Rab.H. C.G.

26 Et ait: Faciamus hominem ad ‖ ima-
ginem & ſimilitudinem noſtrã: & præſit
piſcibus maris, & volatilibus cæli, & be-
ſtiis *, vniuerſæque [a]terræ', omníque
27 reptili quod mouetur in terra. Et crea-
uit Deus hominem ad [a]imaginem — &
ſimilitudinem' ſuam, ad imaginem Dei
creauit illum, ‖ maſculum & feminam
28 creauit eos. Benedixitque illis Deus,
& ait: ‖ Creſcite & multiplicamini, &
replete terram, & ſubiicite eam, & do-
minamini piſcibus maris, & volatilibus
cæli, & vniuerſis animantibus quæ mo-

Mat.19,4. Ecc.17,1. Inf.8,17. 9,1.

29 uentur ſuper terram. Dixitque Deus,
Ecce dedi vobis omnem herbam affe-
rentem ſemen ſuper terram, & vniuerſa
ligna quæ habent in ſemetipſis ſementẽ
30 generis ſui, ‖ vt ſint vobis in eſcam: &

Infr.9,3.

cunctis animantibus terrę, omníque vo-
lucri cæli, & vniuerſis quæ mouentur
in terra, & in quibus eſt anima viuens,
vt habeant ad veſcendum. Et factum

Exod.31,17. Ec.39,21. Mar.7,37

31 eſt ita. ‖ Viditque Deus cuncta quæ
fecerat: & erant valde bona. Et factum
eſt veſpere & mane dies ſextus.

CAP. II.

1 IGitur perfecti ſunt cæli & terra, &
2 omnis ornatus eorum. Compleuit-
que Deus die ſeptimo opus ſuum quod

Exod.20,11.31,17. Deu.5,14. Heb.4,4. *ſuo 2 MS. Rab. H.C.G. *Deus 1 MS. H.C. G.

fecerat: & ‖ requieuit die ſeptimo ab
3 vniuerſo opere *quod patrarat. Et
benedixit *diei ſeptimo, & ſanctificauit
illum: quia in ipſo ceſſauerat ab omni
opere ſuo quod creauit Deus vt faceret.
4 Iſtæ ſunt generationes cæli & terræ,
quando creatæ ſunt, in die quo fecit
5 Dominus Deus cælum & terram: Et
omne virgultum agri antequã oriretur
in terra, omnémque herbam regionis
priuſquàm germinaret: non enim plue-

[a]eam 3 MS.G.

rat Dominus Deus ſuper terram, & ho-
mo non erat qui operaretur [a]terram':
6 Sed fons aſcendebat è terra, irrigans
7 vniuerſam ſuperficiem terræ. Forma-
uit igitur Dominus Deus hominem de
limo terræ, & inſpirauit in faciem eius

1.Cor.15,45.

ſpiraculum vitæ, & ‖ factus eſt homo
8 in animam viuentem. Plantauerat au-
tem Dominus Deus paradiſum volu-
ptatis à principio: in quo poſuit homi-
9 nem quem formauerat. Produxitque
Dominus Deus de humo omne lignum

Phariſæi, Diuiſi.
Phaſe, Tranſitus.
Phaſga, Collis.
Philiſthæa, Conſperſa cinere.
Phinees, Facies confidentiæ.
Phogor, Hiatus.
Phul, Aphrica.
Pigmæi, Hebraicè dicuntur Gamadim.
Probatica, Ouina, Locus vbi pecora ſacrificanda renrbantur.
Proſelytus, Aduena, Peregrinus.

R.

Raab, Pſalm. 86. a. 4. Superba, fortis.
Rabba, Multa, Grandis.
Rachel, Ouis.
Raguel, Paſtor Dei.
Rahab, Lata, Dilatata.
Ram, Excelſus.
Rameſſes, Tonitruum tineæ.
Raphael, Medicina Dei.
Raphaim, Gigantes, Medici.
Rebecca, Saginata.
Rebla, Reblatha, Rixa.
Rechab, Quadriga.
Remmon, Malum granatum.
Reſpha, Extenſio.
Roboam, Dilatans populum.
Roma, Excelſa, Sublimis.
Ruben, Videns filium.
Ruma, Excelſa.
Ruth, Saturata.

S.

Saaph, Cogitans.
Saba, per ſin, Conuerſio, Captiuitas.
Saba, per ſamech, Circuitio.
Sabaoth, Exercitus, in plurali.
Sabatha, Circuitus.
Sabbathiſmus, Requies, Ceſſatio
Sabbathum, Idem.
Sadducæi, Iuſti.
Sadoc, Iuſtus.
Sale, Miſsio.
Salem, vel Sallem, Pax.
Salmanaſar, Pax ligata.
Salmon, Pacificus.
Salomon, Pacificus.
Salomith, Idem, f. g.
Salphaad, Vmbra formidinis.
Samaria, Cuſtodia, Adamas.
Samſon, Sol eius, Nominis iteratio.
Samuel, Poſitus à Deo.
Saphan, Hericius, Cuniculus.
Saphat, Iudicans.
Sara, per he in fine, Domina, Vxor Abrahæ.
Sara, per heth in fine, Odorans, Domina odoris.
Sarai, Domina mea.
Sareptha, Anguſtia buccellæ.
Saron, ſiue Sarona, Planities.
Satan, Aduerſarius.
Saul, Poſtulatus, Commodatus,
Saul, 1 Regum 9. a. 2. Hebraicè Sual, Vulpes.
Scenopegia, Feſtum tabernaculorum.
Schibboleth, Spica.
Sedecias, Iuſtus Domini.
Segor, Parua.
Sehon, Eradicatio.
Sela, Diſſoluens, Filius Iudæ.
Sellum, Pacificus.
Sellum, Manens.
Sem, Nomen, Fama, Poſitus.
Semei, Obediens.
Semei, 1 Par. 2. d. 28. nomẽ meũ.
Sennacherib, Rubus deſtructionis.
Seon, Sonitus.
Sepharuaim, Libri, vel Scribæ.
Sephora, Pulchra, aut tuba, Exod. 2. c. 15. per ſin.
Sephora, Exod. 2. d. 21. Auis, Paſſer, Vxor Moſis.
Seth, Poſitus.
Setim, Expanſiones.
Siba, Exercitus, Militia,
Sibboleth, Onus.
Sicera, Ebrietas.
Sichem, Humerus.
Sihor, Niger, Turbidus: Nilus.
Siloe, Miſſus, Mittens.
Simeon, Audiens, Exauditio.
Simon, Obediens.
Sin, Rubus, Exod. 16. a. 1. per ſamech.
Sin, per ſade, Arma, Scutum,
Sion, Aceruus. 2 Reg. 5. b. 7.
Sion, Deut. 4. g. 48. Strepitus.
Siſara, Hirundinem videns,
Sodoma, Secretum eorum.
Somer, Cuſtos.
Sophtim, Iudices.
Sorec, Vinea.
Stephanus, Coronatus.
Sulamitis, Pacifica, Perfecta,
Sunamitis, Dormiens.
Suſanna, Lilium, Roſa.

T.

Tarſus, Alata, Pennata.
Thabor, Electio, Puritas.
Thaddæus, Laudans.
Thamar, Palma, Dactylus.
Thare, Odorans, Spirans.
Tharſis, Contemplatio gaudij.
Thau, Signum.
Thecua, Spes, Funiculus.
Theraphim, Simulachra.
Thomas, Abyſſus, Geminus.
Thopheth, Tympanum, Seductio.
Timæus, Cæcus, Cæcitas.
Timotheus, Honor Dei.
Titus, Honorabilis.
Tobias, Bonus dominus.
Tubalcain, Mundana poſſeſsio.
Tyrij, Hebraicè Sorim, id eſt, tribulantes.

V.

Vaicra, Et vocauit. Liber Leuitici.
Vaiedabber, Et locutus eſt. Liber Numerorum.
Vaſthi, Potans, Bibens.
Veelle ſemoth, Et hæc ſunt nomina. Secundus liber Legis qui Exodus Græcè vocatur.
Vr, Ignis.
Vrias, Ignis Domini.

Z

Zabad, Dos, Dotatus.
Zabdi, Idem.
Zabulon, Habitaculum.
Zacchæus, Purus.
Zacharias, Memoria Domini.
Zambri, Cantans.
Zara, Oriens.
Zebedæus, Dos, Dotatus.
Zebee, Victima.
Zelotes, Aemulator.
Zelpha, Diſtillatio oris.
Zorobabel, Alienus à cõfuſione.

EXCVDEBAT ANTVERPIAE CHRISTOPHORVS
PLANTINVS ARCHITYPOGRAPHVS
REGIVS ANNO M. D. LXXXIII.

INDEX BIBLICVS, QVI RES EAS DE QVIBVS IN SACRIS BIBLIIS AGITVR, AD CERTA CAPITA, ALPHABETI ORDINE digeſta, reuocatas, ſumma breuitate complectitur.

IOHANNES HARLEMIVS LECTORI S.

IN hoc Bibliorum indice, Candide lector, primus numerus, libri caput denotat, proximè deinde ſequentes vſque ad hoc ſignum ‡, vel (ſi hoc ſignum non adſit) ad proximam vſque ſequentis libri citationem, ſunt verſuum in eodem capite ſignatorum notæ. Exempli gratia in voce AARON, *Exo.4, 14, 16, 30 ‡ 5, 1. ‡ 6, 13 ‡ 7, 1, 2. legendum eſt: Exodi capite 4, verſu 14, verſu 16, & verſu 30. Item cap. 5. verſu 1. cap. 6, verſ. 13. capite 7, verſu 1, & 2. Cum autem aſteriſcus ſeu ſtella in hunc modum (Leuit. 8*.) numero apponitur, indicium eſt, rem de qua agitur per plures verſus in eo capite tractari: vel ſignificat locum illum eſſe inter reliqua diligentius notandum. Porrò ſi quod quæris, in verſu hic notato contingat non adeò perſpicuè inueniri, tum aliquot ex propinquis verſibus antecedentibus, vel ſequentibus tibi erunt perluſtrandi. In librorum nominibus ad faciliorem & certiorem diſtinctionem id obſeruatum eſt, vt Eccle. Eccleſiaſten, Eccli. verò Eccleſiaſticum notet. Vale.*

AARON adiungitur fratri ſuo Moſi ſocius, Exod.4, 14, 16, 30 ‡ 5, 1 ‡ 6, 13 ‡ 7, 1, 2. Mich.6, 4. fuit pronepos Leui, Exod.6, 16, 18, 20. peculiari ritu conſecratur cũ ſuis filiis ad miniſterium ſacerdotij Leuit.8* Nu.3, 10. Deut.18, 5. Heb.5, 4. ſicut Dominus præſcripſerat Exo.29* ‡ 30, 12. Aaronis & filiorum ſacerdotalis ornatus, Exod.28*. Aaronis ſacerdotis auctoritatem qui noluerunt agnoſcere, inuſitato genere mortis intereunt, Exod.16, 3, 11, 30, 31. Aaron inſigni miraculo oſtenditur pre cæteris à Deo in Sacerdotẽ ſummum electus, Exo.17, 5, 8. poſt oblationem factam benedicit extenſa manu populo, Exod.9, 22. iure perpetuo accipit pro officio ſacerdotali oblationes & primitias à populo, Num.18, 8, 9, 11, 12*. & à Leuitis decimas decimarum, Num.18, 26, 28. moritur, Num.20, 28 ‡ 33, 36. Deut.10, 6 ‡ 32, 50. ſuccedit ei in ſummo Sacerdotio Eleazar, Numer.20, 26. Deut.10, 6. Aaronis laus Eccli.45, 7, 8, 9*.

ABARIM mons vnde moriturus iam Moyſes terram Chanaan proſpexit, Num.21, 11 ‡ 27, 12 ‡ 33, 44*. Deuteronom.32, 49.

ABBA pater, Marc.14, 36. Rom.8, 15. Galat.4, 6.

ABDEMELECH propugnator, & patronus Ieremiæ, Ierem.38, 7. liberatur à gladio Chaldæorũ, Ierem.39, 16, 17.

ABDENAGO mittitur in fornacem ardentem. Dan.3, 21. appellatur Azaria, Dan.1, 6.

ABDIAS abſcondit prophetas Domini, 3 Reg.18, 3, 13.

ABDON Iudex in Iſraël, Iudi.12, 13.

ABEL occiditur à fratre Cain Gen.4, 8. 1 Ioan.3, 12. de eodem lege Matth.23, 35. Lucæ 11, 51. Hebræ.11, 4 ‡ 12, 24.

ABIAM filius Roboam rex Iuda, 3 Reg.14, 31 ‡ 15, 1. 2 Paral.13, 15 reliquit Aſa regni ſucceſſorem. 3 Re.15, 8. Matth.1, 7.

ABIATHAR ſacerdos effugit manus Saulis, 1 Reg.22, 20. confugit ad Dauid in Ceilam, 23, 6. cum Adonia ſe coniungit, 3 Reg.1, 7. amouetur ſacerdotio, 2, 27. iuxta illud 1 Reg.2, 30, 32.

ABIDAN dux Beniamin, Numer.1, 11.

ABIGAIL, vxor impij Nabal, 1 Reg.25, 3. nubit Dauidi regi, poſt mortem Nabal, 25, 39.

ABIHV & Nadab filij Aaron igne abſumuntur, Leuit.10, 2. Num.26, 61.

ABIMELECH rex Geraris aufert Abrahæ Saram, Gen.20, 2. init pactum cum Abraham, Gen.21, 23, 32. init pactum cum Iſaac. Gen.26, 31.

Abimelech filius Gedeonis, Iudic.8, 32. occidit 70. ſuos fratres, & ictu lapidis molaris interficitur, Iudic.9, 5, 53* 2 Reg.11, 21.

ABIRON effert ſe cõtra Moyſen, vnde & terra diſcedens, cum abſorbet, Numer.16*. ‡ 26, 10. Deut.11, 6. Pſal.105, 17. Eccli.45, 22.

ABISAG, Sunamitis, ducitur ad regem Dauid, 3 Reg.1, 3. petitur ab Adonia in vxorem, 2, 17.

ABISAI filius Saruiæ, 2 Reg.2, 18 ‡ 16, 9 ‡ 19, 21 ‡ 20, 6 ‡ 23, 18.

ABIVD filius Zorobabel. Mat.1, 13. appellatur Anania, 1 Paral.3, 19

ABNEGATIO ſuiipſius, Gen.12, 4 ‡ 22, 1, 9. Deut.33, 9. 3 Reg.19, 19. 2 Mach.6, 19, 23. Mat.4, 19 ‡ 5, 29. ‡ 10, 39 ‡ 16, 24 ‡ 19, 21. Marc.10, 21. Luc.9, 23 ‡ 14, 26 ‡ 17, 33. Ioan.12, 25.

Abnegatio omnium rerum, Gen.12, 1. Deut.33, 8. Ruth 2, 11. 2 Paral.25, 9. Matth.4, 19 ‡ 19, 21, 27. Mar.1, 17 ‡ 10, 28. Luc.5, 11 ‡ 14, 26 ‡ 18, 22. 1 Corinth.7, 29. Ioann.12, 25. Phil.3, 7.

ABNER, præfectus militum Saulis, creat Is-boſeth regem Iſraël

Vitis palmes appellatur populus Iſraeliticus, Hoſ. 10, 1. Ioan. 15, 5.

VITVLVS erigitur in idolū. Exod. 32, 4. Deut. 9, 16. 3 Reg. 12, 28. 4 Reg. 10, 29 ‡ 17, 16. Pſalm. 105, 19. Hoſe. 8, 5. Actor. 7, 40.

VIVENDVM Deo, non ſibi, Rom. 14, 7. 2 Corinth. 5, 15. Gal. 2, 20. 2 Theſſ. 5, 10. 1 Pet. 4, 2.

VNCTIONIS extremæ ſacramentum, Iac. 5, 14.

VOLVNTAS noſtra accommodanda voluntati diuinæ, 1 Reg. 3, 18. 2 Reg. 10, 12 ‡ 15, 20. 1 Mach. 3, 60. Mat. 6, 10 ‡ 26, 39. Mar. 14, 36 Lucæ 22, 42. Act. 21, 14. 1 Corinth. 4, 19. Heb. 6, 3. Iac. 4, 15. vide Abnegatio.

Voluntas Dei, Matt. 7, 21 ‡ 12, 50. Marc. 3, 35. Ioan. 6, 39. Roman. 12, 2. Epheſ. 5, 17. Col. 1, 9. 1 Theſſal. 4, 3. 1 Tim. 2, 4. 1 Ioan. 2, 17.

Voluntas Dei non eſt vt aliquis pereat, Ezech. 18, 23. Ioan. 6, 39. 1 Timot. 2, 4. 2 Pet. 3, 9.

Voluntatem pro opere acceptat Deus, Gen. 20, 3. 6. ‡ 22, 9. 2 Reg. 11, 14 ‡ 12, 9. 3 Reg. 21, 19. vide Cor.

VOLVPTAS carnis, vide Concupiſcentia.

VOTVM, Gen. 28, 20. Leuit. 27, 1. Num. 6*. ‡ 21, 2 ‡ 30*. Deut. 23, 21. Iudic. 11, 30. 1 Reg. 1, 11. 2 Reg. 15, 8. Pſal. 75, 12. Eccle. 5, 3. Baruch 6, 34. Mat. 14, 7. Act. 18, 18 ‡ 21, 23 ‡ 23, 12.

Votum caſtitatis ſeruandæ, ſeu non cognoſcendi virum, Lucæ 1, 34. non ſine damnatione violatur, 1 Tim. 5, 12.

VRIAS defert litteras Dauidis ad Ioab, 2 Reg. 11, 14.

Vrias prophetat cōtra Ieruſalem, ideoque eductus de Aegypto, occiditur a Ioacim, Ierem. 26, 20, 23.

Vrias Sacerdos iuxta præceptum regis Achaz extruit altare, 4 Regum 16, 11.

VRIEL angelus Dei, 4 Eſd. 4, 1 ‡ 5, 20.

VSIA rex Iuda pugnat aduerſus Philiſthæos, ſumit ſibi officium Sacerdotum; adolere volens incenſum, lepra punitur, moritur, 2 Par. 26, 17, 20, 23. appellatur Azarias, 4 Regum 15, 1. appellatur Ozias, Mat. 1, 9.

VSVRA, Exod. 22, 25. Leuit. 25, 35. Deut. 23, 19. 2 Eſd. 5, 7. Pſal. 14, 5. Prou. 22, 16 ‡ 28, 8. Ier. 15, 10. Ezec. 18, 8, 13 ‡ 22, 12. Luc. 6, 34 ‡ 19, 8.

VXORIS officium, Gen. 2, 22 ‡ 3, 16. Numer. 30, 7, 13. Deuter. 22, 5. Heſth. 1, 10*. Tob. 10, 12. Prou. 11, 16 ‡ 12, 4. Eſa. 3, 15, 17. 1 Cor. 7*. ‡ 11, 5, 9 ‡ 14, 34. Epheſ. 5, 22. Coloſſ. 3, 18. 1 Timot. 2, 11 ‡ 3, 11 ‡ 5, 2, 10. Tit. 2, 4. 1 Pet. 3, 1. vide Mariti officium.

Z.

ZACHAEVS excipit Chriſtum ſuis ædibus, Luc. 19, 6.

ZACHARIAS filius Ioiadæ ſiue Barachiæ ſacerdotis lapidatur, 2 Paral. 24, 20. Matth. 23, 35.

Zacharias propheta tempore Darij, Zachar. 1, 1.

Zacharias pater Ioannis Baptiſtæ, Lucæ 1, 5.

ZADOCH filius Abiathar fit ſummus Sacerdos, 3 Regum 2, 35.

ZALPHAAD filiæ poſtulant hæreditatem, Numer. 27, 1, 7 ‡ 36, 2. Ioſue 17, 3.

ZARVIA filia Iſai ſoror Dauidis genuit Abiſai, Ioab, & Aſael, 2 Regum 2, 18. 1 Paral. 2, 16.

ZEBEDAEVS pater Iacobi & Ioannis, Matth. 4, 21. vxor eius Salome intercedit pro filiis apud Chriſtum, Matth. 20, 20.

ZEBEE & Salmana reges Madianitarum capiuntur, Iudic. 8*.

ZEDECIAS, qui & Mathanias, patruus Ioachin ſuſtituitur pro eo in regno Iuda, 4 Regum 24, 18. Ierem. 37, 1. obſeſſa à Nabuchodonoſor Ieruſalem, Zedecias effoſſis oculis ac vinctus, necatiſque coram ſe filiis, in Babylonē ducitur, 4 Regum 25, 1, 6, 7. Ierem. 39, 4, 7 ‡ 52, 3. quemadmodum ei prædictum erat, Ier. 27, 12 ‡ 37, 16. Ezech. 12, 3 ‡ 13, 16 ‡ 21*.

ZELVS & Zelotypia, Gen. 34, 2, 25, 27. Exod. 32, 19, 27. Numeri 25, 7. Iudic. 20, 1, 8. 1 Regum 11, 6 ‡ 15, 11, 32. 3 Regum 18, 40 ‡ 19, 10, 14. 4 Regum 10*. 1 Mach. 2, 24. Matt. 21, 12. Ioan. 2, 17. Act. 9, 1. Philip. 3, 2.

ZIBA ſeruus Saulis conſtituitur procurator Miphiboſeth, 2 Regū 9, 9. donantur ipſi omnia bona Miphiboſeth, 16, 2. procedit obuiam regi Dauid, 19, 17.

ZICELEG donatur regi Dauid, 1 Regum 27, 5. exuritur ab Amalechitis, 30, 1.

ZIPHORA vxor Moyſi, Exo. 2, 21. circumcidit filium ſuum, 4, 25.

ZOROBABEL: vide Sorobabel.

FINIS.

APPROBATIO.

Hunc Indicem Biblicum à Iohanne Harlemio Societatis IESV Theologo nuper in lucem emiſſum, & nunc denuó ab eodem quàm diligentiſſime perluſtratum, plurimiſque locis auctum, nos infraſcripti dignum cenſemus qui typis rurſum mandetur.

Auguſtinus Hunnæus Regius ſacræ Theologiæ Louanij Profeſſor.

Cornelius Reyneri Goudanus S. Theologiæ ordinarius apud Louanienſes Profeſſor.

Iohannes Molanus, Apoſtolicus & Regius librorum examinator, & ſacræ Theologiæ Profeſſor.

Excudebat Antuerpiæ Chriſtophorus Plantinus, Architypographus Regius, Anno M. D. LXXX.